

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Müller

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Henricus Müller/ Theologus  
Doctor & Professor, ad div. Mariae Pastor Ad Exequias Viri ... Dn. Joh. Henrici  
Domesii, Philosophiae Magistri & SS. Theol. C. Praecellentis Post horam Imam  
Cives Academicos invitat**

Rostochi[i]: Kilius, [1666]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435667>

Druck    Freier  Zugang



Müller, H.,

in

J. H. Domes.

Rost. 1666.

70



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777435667/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435667/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777435667/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435667/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777435667/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435667/phys_0004)

DFG

# PROGRAMMA

39.

Qvo  
RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

# HENRICUS Müller/

Theologus Doctor & Professor ad div.

Mariæ Pastor

Ad

Exequias

VIRI

CLARISSIMI

D N.



# JOH. HENRICI DOMESII,

Philosophiæ Magistri & SS. Theol.

C. Præcellentis

Post horam Imam

Cives Academicos invitat.



ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILI, Academia Typographi.



Nter rationes complurimas, qvi  
bus, uti motos componeret fluct⁹ nec  
abreptus ira innocentium cœde cru-  
entaret manus, Davidem persuadere  
attentabat & feliciter qvidem sapien-  
tissima Abigail, princeps ferè pondus  
inest ei, qvæ à promisso & exopta-  
to viventium ducitur fasciculo. Ver-  
ba hæc sunt I Sam. XXV, 29.

וְהִתְחַזֵּק אֶלָּנִי צְרוּרָה בְּצִורָה הַחַיִם אֶת נֶפֶשׁ

וְהִתְחַזֵּק אֶלָּנִי Targumista Jonathan vertit ; Et erit anima  
דרבוני גניזא בגנו רוי עלמא קדם י' אלחד' Et erit anima  
Domini mei reposita in Thesauro vitarum seculi ante Dominum De-  
um tuum, LXX habent ; Καὶ ἐν τῷ ψυχὴ νοεῖται μὲν ἀριστερᾷ τῷ δε  
μὲν τῷ ψυχῆς καρπῷ τῷ θεῷ. Syrus ; Tamen anima Domini mei  
colligata est in fasciculo vite apud Dominum Deum tuum. Arabs ;  
Anima autem Domini mei est asservata, cui Deus Dominus tute-  
lām imposuit. Vulgatus, quem sequitur Osiander ; Erit ani-  
ma Domini mei custodita quasi in fasciculo viventium apud Domi-  
num Deum tuum. Pagninus ; Et erit (Piscator ac Tremellius ;  
Erit tamen,) anima (Tremellius ; vita,) Domini mei colligata (P.  
& T. ligata,) in fasciculo vitarum (P. & T. viventium,) cum Do-  
mino Deo tuo. P. & T. apud Jebovam Deum tuum. Lutherus ;  
So wird die Seele meines Herren eingebunden seyn im  
Bündlein der Lebendigen/bey dem HErrn deinen G O T T.  
Dietenbergerus ; So wird die Seele meines HErrn behütet  
seyn

seyn wie ein eingebunden Bündlein der lebendigen bey dem  
Herrn deinen Gott // planè contra fontem , qui non legit  
בצ'רור כצ'רור. Batavi; So solde Ziele mynes Herren ins-  
ghebunden zyn in het bondelcken der lebendigen by dem  
Heren unsern Gott. Angli; *The soule of my lord shal be bound*  
*in the bundle off life with the Lord thy God.* Non est , ut in-  
quiramus scrupulosius , an vocem נפש per vitam rectius ex-  
presserint interpres , an per animam . Utrumq; enim in sa-  
crist denotat id vocis , quamvis hi præ illis videantur laudem  
mereri , si prædicatum conferamus cum subjecto . Nec scru-  
tinium meretur accuratius , an צרוֹת הַחִיּוֹת viventium an ve-  
rò vitarum designet fasciculum ? Utrumq; itidem vox  
הַחִיּוֹת in sacro denotat codice , & *vitas & viventes.* Prius tamen , quia  
ponderis plus atque emphaseos ei inest , posteriori præferendum  
videtur omnino . Nos missa yocum exegesi , quæ operiosior  
non nihil futura esset , de eo imprimis solliciti erimus quid ipsa  
animæ sit in fasciculo vitarum colligatio ? De conservatione , cu-  
mā atque providentia divina sermonem esse , vix perneigabit quis-  
quam . Quæ enim colligit colligatq; fasciculus , conservantur  
optimè nec facile excidunt . Eadem ratione Hos . XIII , 29 . *in*  
*fasciculo servari dicitur iniquitas , quia Deus justissimus vindicta*  
ejus nunquam obliviscitur , deque ea suo tempore gravissimas  
sumit pœnas . Et quidem , quia non fasciculi tantum , sed &  
anima atque vitarum mentio fit , anima curam & conservatio-  
nem eamque non ad mortem sed vitam innuit haud facile quis-  
piam inficias iverit . Certè non adeò insipide Lapidensis ; Fa-  
sciculus viventium apud Deum est Dei providentia & cura , in qua ipse  
eos , quorum vitam conservat , quasi colligatos habet , ne quis pereat .  
Tantum id decidendum remanet , an de vita temporali sermo  
sit , an verò de æterna ? De conservatione in hujus vitæ periculis  
verba Abigailis intelligi volunt ex recentioribus perplures .

Audiamus ex nostris Bugenhagium, qui Benè precantis est, inquit in comm. ad h. l. Sit anima tua servata à Deo in fasciculo, i.e. numero viventium: hoc est, Tua vita custodiatur à Deo integræ inter vivos, vita autem adversariorum vertigine & rotatu judicij Dei intereat, ut nesciant quo se vertant. Ex Pontificiis præ aliis Sancti ad h. l. cujus verba (notatu digna) hæc sunt: *Fasciculus congregationem significat, eorum maxime, qui eodem vite instituto & morum similitudine convenient. Sic reprobi, quia in morum & studiorum similitudine consenserunt, in unum fasciculum dicuntur colligandi & in eundem suppliciorum locum extrudendiz* Matth. 13, Es. 24. *Quare custodiri in fasciculo viventium nibil est aliud, quam inter viventes numerari & à morte eximi, que hominem à viventium fasciculo dissolvit.* Ad beatum animæ post mortem statum, vitamq; adeò æternam referunt Chaldaeus Interpres, Rabbini Salomo, Levi, Kimchius, ac imprimis Abarbanel & Elieser, qvorum ille Parasch. XII qv. 3. in Samuel. *Vult dicere Abigail: Post mortem tuam regnabit anima tua in gaudio divino, in vita aeterna. Indicavit itaq; hoc dicto veritatem reliquiarum, quie sunt justo in gaudio, & impio in dolore. Quod etiam conjunctio & adhesio vera sit anime cum Domino Deo, non autem cum intellectu practico, quemadmodum putarunt Philosophantes. Hic vero apud Rab. Simeonem in Jalkut, Si mortuus est homo, inquit, data est anima ejus in thesauro Dei, quia dictum est: Eterna anima Domini mei ligata in fasciculo viventium.* Qvorum sententiarn suam facit ex nostris Gerhardus Tom. IX LL. de mort. §. 160. ex Pontificiis Cornelius à Lapide in h. l. Nos verba Abigailis de utraque, præcipue tamen æterna, intelligenda esse existimamus vita, ut sensus sit, DEUM non tantum in hac vita Davidem vivum conservaturum atque sospitem, sed etiam post mortem in vita æternæ eundem recepturum gaudia. Certè qvæ hic inchoatur, in futura demum vita perficitur colligatio, nec Emphasi caret qvod in Hebr. dicitur,

citur, "in fasciculo, non vita, sed vitarum". Et ut ab op-  
posito ratiocinemur. Quemadmodū per ejaculationem  
hostium ecclesiæ in funda Spiritus Sanctus non tantum  
innuit vitam eorum in terris dubiam, inquietam, bre-  
vem, curis immensis & solitudinibus obnoxiam fu-  
ram, sed eosdem tandem male perituros & à facie Dei  
in exteriores abjiciendos tenebras ; sic per colligatio-  
nem in fasciculo vitæ non solum hujus vitæ commoda,  
multis permixta incommodis, sed præcipue futuræ vitæ,  
quæ demum vera vita est, beatitudo intelligatur ne-  
cessere est. Cujus ante aliquot septimanæ, mortis nunc  
omne extra positus periculum, compos factus est, qui di-  
em hodiernum funestum nobis reddit B. M. JOH.  
**HENRICIUS DOMESIUS.** Cùm primo hujus anni  
die lobjerit, solemnia funeris ipsi hodie facienda sunt.  
Fungamur partibus, &, qvod officii ratio præcipit, ex-  
eqvamur. Natus est Lüneburgi Anno M DC XXXII  
Patre Viro Integerrimo Frans Domchs / Cive Lüne-  
burgense, Matre soemina honestissima DOROTHEA  
Schulzen. Post ~~ωραῖον~~ id operam dederunt Paren-  
tes optimi, ne ~~ἀραιωμέωσις~~ ingenii excellentis strictu-  
ras confertim emittentis negligetur. Aegrè enim  
ex ephebis excesserat puerulus, cum jam scholis patriis,  
publicæ nimirūm privatæque concrederetur, in qibus  
pro docilitate, qua præditus erat, ingenii, feliciter  
proficiebat. Annorum XX adolescens augendæ partæ  
eruditionis gratia hue veniens, vivebat in contuber-  
nio atque convictorio primūq; videlicet Viri Consul-  
tissimi Dn. REINHOLDI von Gehren/ U. J. Docto-  
ris & Practici egregii, dehinc verò & non ita pridem  
meo p. t. RECTORIS. Non ille „hic Vacunæ litabat

118

163

aut

aut Baccho, sed proprius ad metam intendens oculum  
cum se praestabat quem debebat, exsecutus, quas in se  
semel suscepserat, gnaviter partes. Initio sapientiae à tunc  
more Domini sumtis, egregios indies in literatura Græca  
Latinave faciebat progressus. Philologos, Philosophosq;  
nocturna versabat manu, vertabat diurna. Professorū Le-  
ctiones tam publicas quam privatas solerter nec sine fru-  
ge audiebat. Documenta eruditionis erant disputationes  
aliquot de selectioribus materiis Philologicis ac Theolo-  
gicis sub Viri Admodum Reverendi & Amplissimi Dn.  
AUGUSTI VARENII, Theologi D. & Professoris ce-  
leberrimi, Meoque habitæ Præsidio. Debebatur ho-  
nos aliquis tot speciminiibus præclaris. Petitus decen-  
ter Magisterii (ut vocant,) gradus, collatusque ab  
Amplissima Facult. Philosophica Anno M DC LVII  
Tum verò ille sacratoribus addictus studiis ad Theo-  
logiam non tam ire amplius, quam grassari videbatur.  
Docebat commilitones suos non Logicam tantum, Po-  
liticam, Physicam, Metaphysicam & disciplinas id genus alias, sed & (quod indulgebat haud difficulter Ju-  
veni, qui modestia sua atque eruditione omnium sibi  
paraverat favores, veneranda Facultas Theologica,) Oratoriæ, quam vocant, Ecclesiasticam. Quam ille ve-  
rò Concionator egregius! quem unius sepe horula spæ-  
tio viri pariter ac fœminæ, indocti juxta cum doctis,  
cum optimatibus plebeii, quantum esset, pro suo quis-  
que captu, æstimare poterant. Non enim inani sermonis  
& in auras dissugituro sonitu multere aures, aut verbo-  
rum effundere mare, at rerum vix guttulas didicerat: sed  
concionibus ejus mira savitatem conditis jam lac pro  
simplicibus, jam cibus solidus pro adultis, jam medicina

suberat

suberat pro ægroris: mittebat verba, quæ in animum  
descenderent, nec postridiè tantum, quod de cœnis fe-  
rebatur Platonicis, sed vel post annos integrlos saperent  
pariter ac nutrirent. Vis tanta dictis ejus inerat, quum  
de suggestu verba pro concione faceret, tanta gratia  
cum ubique seqvebatur & venustas. Putasse nectaris  
fontes & favos mellis ab ore ejus dimanare, quum prom-  
ta spes venia ostendenda pœnitentibus, quum divinæ  
thesauri misericordiæ recludendi essent: Rursus credi-  
disse, ipsum non tam verba spargere quam fulmina, aut  
ad instar irati amoris per præcipitia montium decurrentis  
fervere, si quando vitia configenda delinqventium, si in-  
culcandum hominibus, quanta indignatione in publica  
scelera DEUS ardeat. Jam ad pietatem & vitæ sanctimo-  
niam quod attinet, hoc ille laborabat unicè, ut doctri-  
nae suæ & vitæ ratio concineret, nec unquam præcipe-  
ret aliis, quod non ipse prior exemplo suo firmaret. Ita  
enim reputabat, aut nondocendum, aut moribus do-  
cendum esse. Quid nunc de summa modestia animi,  
quid de patientia incredibili, quid de singulari dicam  
humilitate? quam adeò familiarem sibi virtutem ha-  
buit, ut ex literis initialibus nominis sui J. H. D. pro  
Symbolo commilitonum albis plerumque inscriberet:  
*In Humili DEUS.* Dicam tribus. Tot unus ille posside-  
bat virtutes, quot invenire in pluribus sui ordinis hodie  
singularis propè fuerit felicitatis. Valetudo ipsi inde  
ab infantia tenuior, morbi freqventes. Eluctatus semper  
tamen est, usque cum præteritilahnī mense Septembr.  
conqueri de vehementiori tussi eamq; comitantibus pe-  
ctoris doloribus occœpit, cui malo obviam in tempore  
itum, & ab Experientissimo Dn. SEBASTIANO Vir-

dig/

dig/ Medico D. & Professore accuratissimo positum re-  
medium fuit. Spondebant mitiora Parcæ, & comedendi  
quiescendique luculenta spatia sequebantur. Con-  
valitus itaque propediem & ad Musas suas , qvas li-  
brorum helluo invitus dereliquerat, existimabatur redi-  
turus. Veruntamen nequicquam. Latuit sub doloso ve-  
luti cinere Pbtiseos malum , qvod sub veteris anni exitum  
tanto iterum prorupit impetu, ut de convalescentia de-  
speraretur penitus. Ad DEUM ergo itum. Vocatus qui  
sacro animam esurientem epulo pasceret Mystra. Hunc  
ille ut astare sensit, qvâ, DEUM bonum! fiducia,qua de-  
votione nectar istud & Ambrosiam accepit? Ex eo se to-  
tum permisit Deo, omnem horam orando consumsit  
canendoque, scilicet ut auspicaretur operas, quibus  
mox vacaturus æternum esset, ad quas vocatus ille  
d. i. Januarii currentis anni hora 7 matutinâ inter  
adstantium preces in soporem veluti solutus Spiritum  
suum posuit placide. Corpori cum justa funebria ad  
horam I instituta sint, vestrum erit, CIVES, illas ex-  
qviæ obire frequentes, & reputare caducum istum ætatis  
florem, quo multiserociunt, & sibi nequicquam sumunt  
cristas. Næ ille demum æqua vitam pensitabit  
lance, qvi semper fragilitatis humanae  
memor fuerit.

P. P. Sub Sigillo Rectoratus XIV.

Febr. Ann. M. DCLXVI.

Convenietur in æde D. Mariae Sacra post horam L.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777435667/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435667/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777435667/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435667/phys_0014)


DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777435667/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435667/phys_0015)

DFG



suberat pro ægroris: mitteba-  
descenderent, nec postridiè ta-  
rebatur Platonicis, sed vel po-  
pariter ac nutrirent. Vis tan-  
de suggestu verba pro conc-  
cūm ubique seqvebatur & ve-  
fontes & favos mellis ab ore ej-  
ta spes veniae ostendenda pœn-  
thesauri misericordiæ reclude-  
dissent, ipsum non tam verba spa-  
ad instar irati amnis per præcip-  
fervere, si quando vitia confige-  
culandum hominibus, quan-  
seclera DEUS ardeat. Jam ad  
niam quod attinet, hoc ille  
nae suæ & vitæ ratio conciner-  
ret aliis, qvod non ipse prior  
enim reputabat, aut non doc-  
cendum esse. Quid nunc de-  
quid de patientia incredibili,  
humilitate? quam adeò fami-  
buit, ut ex literis initialibus i-  
Symbolo commilitonum albi  
*In Humili DEUS.* Dicam tribu-  
bat virtutes, quot invenire in  
singularis propè fuerit felicitas  
ab infantia tenuior, morbi freq-  
tamen est, usque cum præteri-  
conqueri de vehementiori tu-  
ctoris doloribus occœpit, cui  
itum, & ab Experientissimo



væ in animum  
od de cœnis fe-  
egros saperent  
inerat, quūm  
t, tanta gratia  
itasses nectaris  
c, qvūm prom-  
qvūm divinæ  
Rursus credi-  
fulmina, aut  
m decurrentis  
entium, si in-  
tione in publica  
vitæ sanctimo-  
nicè, ut doctri-  
uam præcipe-  
farmaret. Ita  
t moribus do-  
destia animi;  
ngulari dicam  
virtutem ha-  
J. H. D. pro  
ne inscriberet:  
is ille posside-  
ordinis hodie  
udo ipsi inde  
ctatus semper  
nse Septembr.  
mitantibus pe-  
m in tempore  
TIANO Wirs

dig/